



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes
Ivniae Entheae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1436

Ex lvi. Caesaris Scaligeri Epidorpidvm Libro Sexto.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6

a, qu
s; im
man
n aff
n ope
as, in
em at
a mil
magna
a tuum
licati
tuum
omnes
elegi
n amo
noſci
, apu
ile lau
axim
Debo
tua m
m ora
torum
ti; qui
edale
tuam
llusin
n com
pens
geren
mnina

omniaq; sua in te studia, & officia pollicerer.
Vale, & me, vt cœpisti, ama. Neoburgi ad Oe-
num. VI. Kal. Iulij. M. D. XXCI.

Tuæ Excellentia

addictissimus

JACOBVS MARIPETRVS.

EX IVL. CAESARIS
SCALIGERI EPIDORPIDVM
LIBRO SEXTO.

AD IESVM CHRISTVM
OPT. MAX.

Quo me orbis magis, ac magis in uoluuo procellis:
Hocte, bone IESV, magis, ac magis relinquo:
Te sieque relinquens, video à me ipso abesse.
Mundi illecebra hinc me quatit, excutitq; quassum:
Excussus amorem excutio; excussus amor me.
Tu nil nisi amor es merus, alta vis amoris
Adseruilia patrio duxit Olympo:
Quuin pro me morereris; vt inde viueremus.
Hinc, hinc omnia sunt mihi nil, præter Iesum:
Ipse est omnia; & omnia sunt nihil sine ipso.

AD EVNDEM.

O IESV bone, maxime, mitissime princeps:
Ne quid præterea cupiam, protinus exple.
Si haec extima defidero; non intimus es tu.
Solus, qui omnia solus es, his me omnibus exple.
O mecum tu ybi fueris, me fac esse tecum:
Ne, tu intus ybi extiteris, te foris requiram;
In sublimibus ædibus, atrisq; regum:
Quæ sunt, omnia, nisi tu, sed nec esse curant.

AD

AD EVNDEM.

Nisi semper amares; odio semper obirem.
Nisi semper aedessem mihi, mihi semper abessem.
Ego sum, quia tu. semper ero, tu quia semper.
Si semper ero, tu quod es, & semper es in me.

AD EVNDEM.

Ecquandō mihi contigerit, Deum videre?
Ecquando mihi viuere de Deo benigno?
Quando esse mihi eueniet cum Deo potenti?
O quando mihi det Deus, cum Deo morari?
O quando frui posse Deo, Dēumque habere?
Ille in me, ego in illo insitus, intimus quiescam!
Athleta potens: domitans monstra omnia IESI
Altissime, mitissime, fortissime princeps:
Qui corpus ita, animamque tuam deificasti?
Tua sola Deo poterit me jungere dextra.

AD EVNDEM.

Qui facis omnia, patiere in nihil me abire?
Qui capis omnia, quianam me excludis ab omnib;
Qui das omnia, cur quoque non dabis mihi mel?
Quare, qui es vbique, alibi te querere pergam?
Quare, qui es vbique, haud ego te inuenire possum?
Quare, qui es vbique, habeam non & in meipso?

E R R A T A.

A. 5. vers. 12. pro color, lege, calor. A. 6. vers. 11.
pro Richarde, lege Ruperte: nam inter festinandum
erratum est in nomine.

Excedebat Leonhardus Reinmichalius,